78 N 13 [13] X 3013835

LAVRVS PHILOSOPHICA

VIRO

ADMODUM REVERENDO AC CL.

DOMINO JOHANNI GEORGIO HEYDERICHIO

VERBI DIVINI IN ECCLESIA SLADEBACHIANA

PRÆCONI

IN ACADEMIA LEUCOREA

d. XXX. MAJ. MDCCXXXIII. BENE MERENTI COLLATA

ET

APLAUSU VOTIVO

à

PATRONIS FAUTORIBUS & AMICIS

ORNATA.

MARTISB. TYPO CHRIST. KOBERSTEINII.

UNIV.- U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Kapsel 78 N 13 [13]

AK

VD 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696162-p0001-2

VEre novô terræ mandantur ſemina matri,
Autumnô fructus arbor agerqve ferunt.
Sic ars naturam facilis ſeqvitur pede preſſo,
Semina qvæ cepit, reddere grata ſolet.
Omnia cum rident, cùm formoſiſſimus annus,
Sic ſeqvitur luctum dulcis, amice, dies.
Suſcipias, Heidrice, meô qvæ pectore vota
Offero ſincerô, vive valeqve diu.

Plurimum Reverendo Domino Magiſtro honores hoſce Academicos ex animo gratulatur cum omnigenæ proſperitatis voto

M. JOHANN. GEORG. HEPPE.
A concion. Aulicis & confeſſionibus Seren. Principis Henrici, Ducis Martisburg. nec non Conſiſt. Aſſeſſ.

Hiob. C. XXVIII. v. 28.
Siehe! Die Furcht des HErrn, das iſt die Weißheit,
und meiden das Böſe, das iſt Verſtand.

DEr Sterblichen Begier nach Weißheit und Verſtand
Geht weit; doch wenigen iſt dieſes recht bekandt:
Die Furcht des HErren iſt die Weißheit nur zu nennen,
Am Böſes meiden muß man den Verſtand erkennen.
Mein Werther! Sie ſtehn mit in derer letztern Zahl;
Wie glücklich iſt demnach nicht die Magiſter-Wahl!
Denn wer jen's andre lehrt, hats müſſen erſt ſelbſt lernen,
So ſteigt denn offt der Ruhm der Weißheit bis zum Sternen.
Indeſſen ſegne GOTT Ihr Amt! Er gebe Treu,
Daß man in ſelbigen ohn alle Furcht und Scheu,

Die

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696162-p0002-7

Die nur noch böſe ſind, zur Furcht des HErrn bekehre,
Und alſo den Verſtand, ſamt wahrer Weißheit, mehre.

Auff geſchehenes Anſuchen, ſchrieb diß wenige, bey angenommener wohlverdienter Magiſter-Würde, in heilſamer Abſicht, und zu wohlgemeynter fernerer Erweckung, glückwünſchend,

M. Ernſt Chriſtian Philippi,
F. S. M. Hof-Prediger und des Conſiſtorii Aſſeſſor.

JAM Viteberga TIBI meritos largitur honores,
Jam TIBI ſerta parat, qvæ meruére caput.
Moviſti lapides omnes, fingendo Minervâ
In ludo fidâ pectora doctiloqva.
Tu ſancti, Præco, cum ſpargis ſemina Verbi,
Eloqvio polles corda movere gravi.
Hinc TIBI cum reliqvis animo nunc gratulor æqvo,
Lauro ſuccedat mitra ſacrata, precor!

Gr. Scr.
D. ANDREAS CHARITIUS,
Superint. Merſeb. & Conſiſt. Aſſeſſor.

ECce! Magiſterii TIBI dantur, AMICE, brabea
Aſſiduis ſtudiis parta, parata tuis.
Gratulor ergo Tibi, voveoqve precorqve Supremus
Illis adjiciat proſpera cuncta Deus!

Brevisſimis prolixam ſuam voluntatem Clarisſimo novi honoris Candidato, amico ſuo integerrimo, teſtaturus ſcripſit
M. Johann Friedrich Kell,
Paſt. Kœtſchavienſ.

EUſebie nuper repetit ſacra clauſtra Minervæ,
Et varios caſus fundit ab ore gravi.
Elogiis horum ſtudium cohoneſtat amicis,
Laudibus illorum pectora fida vehit.
Sæpius HEYDRICHII nomen memoratur ab imo
Corde, qvid? & meritis laus ſtat aprica SVIS.
Ridet iis Pallas perceptis, ſparſa pudore;
Heus, inqvit, toties fulſit in æde mea,
HEYDRICHIUS NOSTER mihimetqve ſubinde ſacerdos
Litavit, nec EI qvid retuliſſe ſcio.
Laurea reſtat EI: dabo: tu benedicqve jubeqve
Ingenuis ceptis pondus ineſſe meis. Ad-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696162-p0003-3

Adprobat Euſebie. Pallasve repente coronam
Nectit, & exornat tempora flore ſuo.
Adjicit Euſebie ſacra carmina, pergit & omnis
Pieridum vigilum turba novena precans:
VIR MULTUM REVERENDE, diu ſine labe ſalutis
Vive, vige, flore: ſit procul omne malum.
Exulet hinc morbus, cedant contraria tela
Fortunæ, fauſte cunctave ſemper eant;
Donec confectus ſenio ſub ſidera ſcandas:
Et ſic, qvod noſtrum qvisqve precatur, habes.

Feſtinante qvidem calamo, at peringenuo tamen animo VIRO PLURIMUM REVERENDO, Amico atqve Fautori inprimis Charo, cum ſincero omnis proſperitatis voto, lauream diu meritam gratulatur

M. Joannes Fridericus Müller,
Paſtor Burg Libenavienſis & Dœlnizenſis.

QUod meriti vano nunqvam decorentur honore,
Heidriche, exemplo Tu potes eſſe mihi.
Te Sprembergenſes juvenes coluere Magiſtrum;
Aſt nunc Doctorem Te Schladebacha colit.
Hæc non ſufficiunt, & recte qværis honores
Plures, ex voto dat Viteberga novos.
Uſque Tuos blanda inflectant dulcedine ſenſus
Tales, id voveo, Vir venerande, Tibi.

Conſcripſit
M. Daniel Carolus Wolffius.
S. S. Th. Candidatus.

RVs Vt forte SVVm VIDIt CIthereVs ApoLLo,
Norat ubi muſas conſtituiſſe locum,
Venit & ad pulchras, queis nos gaudemus, athenas
Per prata excurrens alluit albis aquis.
HIS, qui præ reliquis coluiſſent gnaviter artes,
Indicit meritis præmia digna ſuis.
Inter eos etiam TU, VIR Reverende, fuiſti,
Laurea conſeritur TUque magiſter eras.
Præmia ſic redeunt longorum parta laborum,
HÆC, precor ex animo, fata benigna beent.
Utere per longum parto TIBI tempus honore;
Me TIBI commendo, denique Vive, Vale.

Hæc panca reverentiæ feſtinabundus dabat
B. Bentſch. Delicienſ. Merſeb.
S. S. Theol. Stud.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696162-p0004-9

78 N 13 [13] X 3013835

LAVRVS PHILOSOPHICA

VIRO

ADMODUM REVERENDO AC CL.

DOMINO JOHANNI GEORGIO HEYDERICHIO

VERBI DIVINI IN ECCLESIA SLADEBACHIANA

PRÆCONI

IN ACADEMIA LEUCOREA

d. XXX. MAJ. MDCCXXXIII. BENE MERENTI COLLATA

ET

APLAUSU VOTIVO

à

PATRONIS FAUTORIBUS & AMICIS

ORNATA.

MARTISB. TYPO CHRIST. KOBERSTEINII.

UNIV.- U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Kapsel 78 N 13 [13]

AK

VD 18